

XII (20, fol. 42^v)

König Adolf antwortet dem Landgrafen und verspricht ihm Hilfe bis zum ersten Mai.

Vor Mai 1295.

[R]egum interest Romanorum lites et discordias inter principes sedare et barbaras naciones rebelles imperio subiugare et omnes terras a malignorum impugnacionibus defensare. Nos vero qui ^{a)} divina gracia adiuvente electi fuimus ad Romanum imperium gubernandum, gladio protectionis ^{b)} vobis vestrisque ^{c)} terris pacem firmam volumus ordinare, quia ^{d)} ante festum beate Walpurgis vobis mittere volumus tantam multitudinem amicorum, quod omnes vestros adversarios tam in civitatibus quam in castris expugnabitis violenter vel, si vobis placuerit, ipsos occiditis vel [ad] addorandum ^{e)} vestrorum pedum vestigia compelletis ^{f)}.

II, III, XXIII

XIII (21, fol. 42^v)

Landgraf Albrecht bittet den König um baldige Hilfe.

Vor Mai 1295.

[P]ater familias, [qui] equis subtractis stabulum nititur reparare, vere improvidus homo iudicatur et pastor eciam negliens estimabitur, qui ovibus occisis lupis insidias machinatur. Sic reges et principes et tutores ^{a)} desides et suis pauperibus infideles apparebunt, qui terris destructis spoliis et incendiis ipsis raptoribus frenum concupiscencie imponere laborabunt. Cum ergo vestra gloriosa reverencia nobis nostrisque ^{b)} pauperibus pacem promiserit ^{c)} ordinare, vestram benignitatem ^{d)} atencius exoramus, ut nobis in brevi faciatis vestrum maturum adiutorium apparere, ne nostra terra, sicut crebris querimoniis recitavimus ^{e)}, penitus destruaturs ^{f)}.

XIV (22, fol. 43^r)

Untertanen an den Landgrafen Albrecht: rühmen den König und wollen diesem zwei Pferde schenken, weil er den Landgrafen so freigebig behandelt habe.

Nach Januar 1295.

XII. ^{a)} a ^{b)} so wohl statt protectoris Hs. ^{c)} nostrisque ^{d)} qui ^{e)} addorandum

^{f)} Vgl. Jes. 60, 14.

XIII. ^{a)} tutores ^{b)} vestrisque ^{c)} proniserit ^{d)} benignitam ^{e)} recitabimus ^{f)} destruamur.